
RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.E S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibliot. Americ. Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6

puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Daté de 1522 }
2 – – id –
3 – circa 1522
4 – –
5 } – –
6 } Daté de 1522 }

Ces six premières pièces forment les ff. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex. OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n°
832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe
pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erreur
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?


T. S. V. P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb



no 23

Nolite flere super me sed super vos flete et super filios vros.
Uerba hec redemptoris nostri. Luce. xxiij. capitulo scripta Uisuz
est mihi non alienum in hac funebri pumpa iuqua frequētes con
uenimus: ploremus: lamentamur: merore conficimur vsurpare.
Quandoquidem audire videar Reuerendissimum etc. nos dolo/
re quem ob mortem eius concepimus ei assidua meditatione au/
gemus leuare ex parte eiusdem verbis contendentem aut saltem
doloris nostri causas aperientem. vos alloquitur omnes dicens.
Nolite patres et college amplissimi. Nolite christi milites. Nolite
viri christiani flere super me sed super vos flete et super filios ve/
stros quos in verbo dei christo domino conciliatis. magnam pro
cul dubio sacer senatus vester hac morte erumniam pertulit. ma/
iorem profecto episcopalis ordo et clerus omnes iacturam intanti
patris amissione sustinuit. maximaz proch dolor calamitatem vni
uersa respublica cristianorum et bonorum omniuz conuentus suo
presidio singulari et viro hoc exemplari orbati susceperūt. Alte heu
nimium vulnus ad actum est. intima ecclesie militantes viscera
et animam nostram gladius iste pertransiuit. Flos agri christiani
concidit et vinee domini optimus cultor: non possum sine lachri/
mis proloqui de medio sublatus est. Proinde cum nihil difficili/
us perhibeatur q̄z magno dolori paria verba reperire nō duxi in
cassum laborandum. dum verbis meis dolores nostri necnon et
huius nostre procelle magnitudinem explicare contendo. Reddi/
tur huic patri reuerendissimo equale et celebre homini testimoni/
um. reddetur in dies celebrius desideratur ab omnibus in vestrū
honorem et sicut vsu vel verius liuore quodaz euenire solet viuis
quod fama negatur et sua ꝙ rarus tempora lector amat Tanto pa
tre ad superos euocato crescet indies in nobis et posteris nostris
eius desiderium. laudatur vna omnium voce comendatur cele/
bratur colitur q̄z maxime verum eius laus et perhennis gloria eo
latius propagabuntur quo magis eius sapientia et presens et futu
rum seculum indigebit. De fenice qui sua specie vnica est auis. le/
gimus ꝙ semel quingentesimo quocūq̄ anno: nascatur ex longo

29



interuallo magna generantur·nec passim singularia dona deus omnipotens elargitor mediocria sepe natura producit· eximia vero rarietate comendat· Recessit a vobis consolator vester consultor vir sanctissimus vita ꝛ moribus doctrina prestantissimis omni ex parte clarissimus. non facile erat seculo nostro aut futuro ei similes reperire· Uerum enimuero siue quod diuine voluntati ꝛ iusticie necnon etiam nature necessitati illi cedendum fuit· siue quod euo finitur sempiterno· Nosq; ituri sumus ad eum non ipse per lachrimas nostras reuocabitur ad nos siue quod diuine animaduersionis ratio ꝛ resurrectionis spes ita mouent· siue ꝙ per aduersa illi probamur ꝛ alijs pacientie exempla prestare nos postulat non iniuria ab ipso Re· patre instruimur vt super eum flere volimus diuino munere animas in corpora humana infundi omnes Et scimus ꝛ fatemur nobis in hac valle miserie pro arbitrio diuina peregrinandum esse cognoscimus ad alterius vite preparationem exercemur· Deo quoq; iubente ex carnis nostre compedibus soluimur· ex hoc carcere mundi euolamus ex fluctuoso mari ꝛ continuis procellis in eterna tabernacula recipimur: sedes vbi fata ostendunt concessum a se quandocunq; deus omnipotens reposcat reddendum est creditum suum· decet creditorem recipere quod vtendum accepimus· bona fides restitui iubet diuine maiestati gracie agende sunt quod dederit vtendumq; dimiserit non reposcenti ingrata mente resistens· Job pacientissimum imitemur· dicentem dominus dedit ꝛc· Pulchre quidem Ciprianus ꝛ inter decreta patrū a Graciano trāslatū est vos increpat dicens· quam preposterum est quanq; peruersum cum dei voluntatem fieri postulemus quando euocat nos ꝛ accersit de hoc mūdo non statim eius voluntaria imperio pareamur· obnitimur ꝛ reluctamur· ꝛ pernicatium more seruorum ad conspectum domini cū tristicia merore producimur· Exeuntes istinc necessitatis vinculo non volūtatis obsequio ꝛ volimus ab eo premijs celestibus honorari· ad quem venimus inuiti Focilides quoq; gentilis poeta inquit Uita breuis nobis ad tempus viuimus omnes: ast anim⁹

mortem seniumq; ignorat ⁊ idem viuit ineternum. nanq; manēt animi mortali in corpore mortis expertes homini concessus spiritus vsu est ei imago dei. diuina quoq; iusticia factuz est vt homo qui in statu innocentie poterat tum anime prestantia que corpus preseruabat non repugnante in eo concupiscentia tuz paradisi alimentis tum dono dei non mori propter peccatum amissa originali iusticia in laqueū mortis inciderit. vt sicut siue voluntas hoīs siue sensus in obedientie suggestioq; demonis a deo recesserit sic aīa corpus desereret. nec perseueraret nocens concupiscentia torqueretur nec alimento vite preseruaretur. sed mortem obiret. Et ideo sapientissimus Salomon sapieñ. ij. ca. inquit Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem ⁊ ad imaginem similitudinis sue fecit illum inuidia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ ⁊ in consilio miletano cautum est quicunq; dixerit adam primum hominez ita mortalem factum vt siue peccaret siue non peccaret moreretꝰ in corpore hoc est de corpore exiret. non peccati merito sed necessitate nature anathema sit. Augustinꝰ quoq; super genesi. Caro inquit Ade ante peccatum ita immortalis creata est vt per alimoniam esset mortis ⁊ doloris expers. Sic ergo immortalis ⁊ incorruptibilis condita est caro hominis vt suam immortalitatem ⁊ incorruptionem per obseruantiam mandatorum dei custodiret. ⁊ per concessoꝝ escam immortalitatis dona conseruaret donec corporalibus incrementis perductus ad etatem que cōditori placeret sumeret de ligno vite quo fit vt ⁊ theologi ⁊ canonum periti in hoc simul sentiant peculiare fuisse in statu innocentie homini posse non mori futurum in gloria celesti non posse mori. nunc autem propter peccatum non posse non mori. ex eo necessitas nature inualuit. qua dicimus hominem ex quatuor elementis ⁊ corruptibili materia compositum dissolui debere ⁊ aīaz a corpore se iungi oportere. quod more dixere philosophi nihil aliud mortem esse designantes q̄; coniunctoꝝ quandam seperatiōez hinc ortum habuit lex illa qua palam predicatꝰ hominem ea lege in hunc mundum intrare vt moriatur. proinde diuinus Ambro-

sius in exameron inquit. Nudi nascuntur omnes nudi morimur nulla discretio inter cadauera mortuorum nisi forte quia grauius corpora diuitum distenta luxuria fetent. Symonides quoqꝫ dixit hoies parum possunt inuania sunt eoꝝ studia quod est ineuitabile innuet omnibus mors cuius ⁊ boni ⁊ mali parem partem recipiunt. Palas etiam apud homerum Sed neqꝫ cellicole quem dilexere tueri equa morte quieuit vbi perniciosa trahentes sors rapuit leti. Quisquis igitur demortuis dolet ⁊ queritur is profecto ⁊ diuinam voluntatem ⁊ eiusdem iusticiam ⁊ nature necessitatem accusat. moreqꝫ gigantum cum dis pugnare conatur. ꝙ si de vtilitate defuncti solliciti sumus: christianos vita functos ⁊ eos qui dē bonos vos non est ꝙ lugeam? Iside. teste de summo bono qui ait illi deplorandi sunt in morte quos infernus ex hac vita recipit non quos letificando celestis aula includit. Et dominus vt in concilio Toletañ. traditur. scripsitqꝫ Hieronimus ad tyrasiuꝫ de morte filie. non fleuit lazarum mortuum sed ad huius vite erūnias plorauit resuscitandum. Euangelica quoqꝫ voce audiuimus dominum dicentem. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrem qui hominem de limo terre plasmauit. cum de hoc mundo in finem dierum nostrorum disceditur cunctis eundum est De reditu ergo huius mundi ad patrem non esse dolendum nemo est qui ambigat. Et Socratis sapientissimi sentētia Cigni qui non sine causa appollini sunt ditati ꝙ ab eo diuinationeꝫ habere videantur preuidentes quid boni in morte sit cum cantu et voluptate moriuntur. qui etiam si deū mortalia cure habere scḋm apostolum petrum credimus qui dixit omnem sollicitudinem vestram proicientes in deum quia ipsi est cura de nobis queri adeo vos in sortem melioris vite cum de hoc seculo recedendum est. ꝓculdubio tenere ⁊ profiteri debemus Argia sacerdotissa Cleobes ⁊ Bitones mater cum ad sacrificandum in quodam templo mortuis iuuentutis in via a filijs currum trahentibus perducta essꝫ rogauit deos vt filijs quod melius illis esset pro hac pietate concederent qui mane mortui reperti sunt. Sic quoqꝫ Trophonio et

precio redemptis suffragijs importunis precibus hostiatim men
dicata gracia oblata suijpsiusseruitute intollerabili iugo suscepto
ad dignitatem magistratus et honores adipiscendos anhelauit
multi concurrant multi concertant ꝛ digladiantur multi. Hic au
tem pater colendissimus omnia ferme huius curie munera digni
tates amplissimas sua virtute est assecutus. Tantumqꝫ absuit ab
ambitu vt quereretur cogendus inuitatis refugeret rogatus a su
perioribus non tam ad honorem accedere q̄ꝫ obedientie holocau-
stum deo exhibere videretur. O virum rarissimum O virum an
gelicis animi dotibus preditam. O virum exemplaris norme vi-
ta nec minus Angelorum consortio dignissimum. Non fucatus
erat sed sincerus .non versipelles aut mendax aut in tegimentis
simulationis inuolutus. sed solidus verax ꝛ simplex. domi beni-
gnus. in victu suo parcus. in cultu vt dei seruos decet modicus.
diuinis misterijs ꝛ orationibus sedulo intētus. temporis extima
tor ad modum auarus ocij expers vixit. monasteria ecclesias ho-
spitalia edificauit. nonnulla etiam collapsa in pristinum statum
restituit. Cum itaqꝫ bonum certamen certasset visum consumas-
set fidem seruasset. vt dicit Apostolus restabat vt reponeretur si-
bi corona iusticie quam deus iustus iudex diligentibus se promi
sit hoc ergo ipsuꝫ quod reliquum erat vt perficeretur de curso cui
sui spacio sicut deo placuit vt bonam vitam mors quoqꝫ bona co-
mendaret. quod vltimum terribilium multi affirmarunt in tre-
pido animo ad felicem et ad eternam vitam properans pertulit.
quasi cum Paulo diceret Cupio dissolui ꝛ esse cum christo. Cum
enim quinquaginta annis glorie sue cuius fundamenta in vice-
simo anno de iure publice disputans fecit in timore domini super
uixisset febribus auimum septuagesimum agens correptus est. ex
quo cum tempus vacatione sue iusticie sentiret vi morbi inuale-
scēn. ꝛ viribus deficientibus testamentum quod dudum conscri
pserat afferri legi ꝛ publicari iussit. Sanctam quidem ꝛ piam sue
mentis testationem eius in quam quod post mortem suam fieri
nolebat quo perlecto cum aduersus iniquam valitudinem senio

fractis neruis et omni compage corporis ferme resoluta caro nec quicquam conflictaretur cum dilexisset suos quorum obsequio vsus fuerat · in finem quoqꝫ dilexit eos familiam omnem quam non minus honestam et doctam quem continentem, et sibi obedientem habebat intra cubiculum suum vocari volui · eosqꝫ paterno ⁊ pio affectu allocutus est vt suum ab eis discessum equo animo ferent. monuit et in timore domiui confirmauit · Itaqꝫ locutus est presenti et forti animo vir egregie cordatis vt non carnē hanc deserturus ad mortem tendere sed ad vitam exoptatem patriam commigrare videretur · demum quasi longum iter siue familia illa arresturus supremum vale singulis dicens osculo pacis illis protecto benedictione sancte crucis impensa ad sua negocia absoluenda collacrimantes reddere promisit. Resonabat domus plantu ⁊ eiulato maximo. optimus autem christi adleta coronam certaminis sui expectans seipsum aduersus arma nequissimi hostis preparabat. totum in cogitatione mortis in expurgatione conscientie sue in psalmis ⁊ orationibus deo effundendum se conuertit · stipatus venerabili capellanorum suorum ⁊ aliorum patrum religiosorum quorum consuetudine delectatus fuerat corona · et eorum precipue quos in cenobio sancti Anastachij extra vrbem dum illud reformauit in obseruantia regularum degentes collocauerit tantum ex presenti seculo calcata fortuna quam vorant et carnis concupiscentia animum aduerterat vt non per elizeos campos sed per celum vagaretur ante tronum dei supplex assistere et ab eo exaudiri expeteret · Ea propter nec medicorum verbis nec aliorum qui de rebus temporalium loqueretur aures adhibebant · Sicqꝫ omnibus ecclesie sacramentis preceptis in domiuo obdormiuit · secunda nauigatione vsus ad celestem Hierusalem transfretauit in qua choris angelorum acceptus vt ex vita suam credendendum est vocem illam audire meruit · Euge serue bone et fidelis quia in pauco fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini dei tui Cum igitur tantum ⁊ talem virum doctorem consultorem protectorem ecclesie cleri speci-

men ⁊ exemplar bonorum omnium patrem pauperum refugium
afflictorum solamen a miserrimis vel saltez vos precesserit ita vt
vobis sine nauta in magnis fluctibus nauigandum sit· et petri
nauicula spoliata armis remige optimo ne cum aliorum iniuria
dicaz magistro aduersis ventis quaciatur·Quis est qui non do/
leat Quis est qui non comunem esse hanc calamitatem intelli/
gat·quisquis profecto damna hec non sentit vecors est. Quisqꝫ
sentit ⁊ sua ⁊ comuni causa merore non augit̃ ferens. Quisquis
merentibus resistit tocius prorsus humanitati expers viuit ⁊ sce/
na tygride peior existit·Unum quoqꝫ in hoc grauissimo bonoruꝫ
omnium casu est quod me magis cruceat · vereor enim ne ira dei
cepta super nos vsqꝫ infinem perueniat·Legimus enim apud isa
iam capitulo tercio Ecce enim dominator dominus exercituum
auferet ab hierusalem validum ⁊ fortem ⁊ virum bellatorem ⁊ iu/
dicem ⁊ prophetam ⁊ auriolum ⁊ senem principem super quinqua
ginta ⁊ honorabilem vultu ⁊ consiliarium et sapientem de archi
tectis ⁊ prudentem eloqui mitticis·Et dabit pueros principes eo
rum ⁊ effeminati dominabuntur eis ⁊ corruet populus vir ad vi/
rum ⁊ vnusquisqꝫ ad proximum suum tumultuabitur. puer con/
tra senem et ignobilis contra nobilem hec omnia a vobis Nam
hoc patre ablata sunt quod propheta cominatur In domino con
fitendum est·quod si niniuitarum more conuertemur ⁊ peniten/
tiam egerimus furorem suum a nobis auertet. Curemus itaqꝫ in
vigilemus enitemur laboremus totis viribus iuste peragēdo vt
possimus ad eum in regno celesti accedere ⁊ simul omnes quan/
doqꝫ dicere ꝙ ecclesia in huiusmodi pijs exequijs per Epistolam
Pauli nos edocet ⁊ decantatum paulo ante audiuimus· Absor/
ta est mors in victoria vbi est mors victoria tua vbi est mors sti/
mulus tuus·Stimulus autem mortis peccatum est·Uirtus vero
peccati lex est. Deo autem gracias qui dedit nobis victoriam per
dominum nostrum Iesum christum·Interea dum degimus vi
tam hanc miserrimam· Cara eius pignora nepotes ex fratre ⁊ ali
os gentiles suos pro illo cōplectamur atqꝫ honore prosequamur

Reuerendis. ⁊c nec non ⁊ specta. ⁊c. ⁊ preces fundamus ad dominum ⁊ postea stipendiarias lachrimas vt. ⁊ huic patri reuerendissimo ⁊ nobis refrigerij sedem ⁊ eterni luminis sui claritatem largire dignetur Amen.

¶ Habes hic finem orationis que sermoni aggressa est humili conturbatoq; animo in funere Reuerendissimi Cardi. Spoletani.



